

SANCTIS MANIBUS

VIRI NOBILISS. ET AMPLISSIMI,

**D N. I S A A C I
B A R T H O L I,**

SERENISS. PR. AC DN. DN. FRI-
DERICI MARCH. BAD. ET HACHB. &c.
CONSILIARII AULICI:

*QUI LENTA QUIDEM, AC PRAEMATURA, BEA-
TAMEN MORTE EX HAC AERVMNOSA MORTALIVM
AD CAELEM EST ELECTORVM SOCIETATEM SVSCE-
PTVS EST VIII. NOVEMB. ANNO CHRISTI
M DC XXXVI. CVM IMPLEVISSET ANNV-
M AET. XXXIV. SEPTIM. XLII. DIES II.
CVM DIMIDIO.*

HAS LACHRYMAS
CONSECRABANT
AMICI CONDOLENTES.

ARGENTORATI,

Typis WILHELMI CHRISTIANI GLASERI,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI.

M DC XXXVI.



A. D.
BIBL. UNIV.
MONAC.



Quid in æternos ibunt mea carmina luctus?
Ecquid ad invisam flebunt sine fine cupressum?
Me nova quotidie ferali nuncia terrent
Verbere; semper habent nova me suspiria,
semper
Ex lachrymis lachrymæ largo quasi fonte fe-
runtur.

Tu quoque præmature obitu me magne fatigas

BARTHOLE, & afflicto renovas in corde dolorem,
Qui poteras superesse diu. Pyliamque senectam
Dignus debebas annorum excedere cursu:
Invidiosa fatotum nisi te rapuisset avaro
Culpa gradu, quæ nulla finit longum ardua stare
Organa, nil rari exempli vetus auget in ævum.

Quis mihi, non uni mihi, sed quis suggeret urbi
Verba diserta mee, quibus hæc tua funera ploret?
Quis Sobolidabit & Viduæ, Soceroque, Ducique
Ut relevent grato ingentem solamine luctum?
Vix tener agnovit patrias infantulus ulnas,
Vix didicit fidi vultumque animumque parentis,
En patris excessu bona tam felicia perdit.
Sciitcet hæc illum quondam res tanget & anget,
Quando quid in teneris amiserit orphanus annis
Sentiet, ac feris miser humectabit ocellis.
Succedit Viduæ gemitus miserabilis, auras
Quæ ferit, & mæstis testum clamoribus implet.
Jam laniat digitis vestem, scinditque volantes
Ex humero crines, jam palmis pectora tundit.
Jam cupit ipsa mori, cupit ipsa reducere cæca
Mortis ab æle virum, modo rem non ante repertam

Ferret, & ut fieret saltem semel atra juberet
Parcarum asperitas solito clementior usu.
Multæ illam noctes, redeuntia multa diei
Lumina viderunt inopem somnique cibique
Immemoremque sui & magno mœtore sepultam
Fœdera rupta queri, paulum ultra quattuor annos
Ducta, lares viduos plorare, thorumque Marito
Illo dimidio vitæque animæque carentem,
Perpetuis lachrymarum undis fletuque rigare.
Prisca velut Niobe saxoque simillima facta
Obrigit; sic illa riget, sic maximus illam
Et stupor & luctus trepidantibus attonat alis.
Flevit Lampetie, flevit Phaëthusa sorores
Non auditurum lamenta miserrima fratrem;
Mausolumque suum flevit regina, nec unquam
Avelli tumulo potuit, quem ingentibus olim
Sumptibus extruxit. Plus nostra gementibus undis
MARGARIS indulget, tristisque affusa sepulcro
Nocte dieque vocat, vano licet ore, Maritum.

Quis satis enumeret Soceri lugentis amaros,
Quos intus pascit lacerato pectore, motus?
Quis satis emuncto, docto satis exprimat ore
Aut calamo, quibus ille minis & fluctibus actum
Nunc caput objiciat, Generum dum perdit euntem
Mortis ad obsequium, canis solamen in annis
Qui socero baculusque fuit, qui rebus in arctis
Anchora, qua potuit titubantem sistere navem.
Multa tulit quondam Socer atræ fulmina sortis,
Multa foris & multa domi tulit, omnia vultu
Quæ tamen intrepido vicit, seu bella verabant
Rebus opem præstare suis, sive ire inebant
Prorsus in exilium, partis post terga relictis,
Obiectisque feris manibus prædonis avari,
Ibat ovans animo fluctusque ferebat & ictus,
Quam fieri quis posse putet, patientius æquo
Nunc ubi setigno, quo se fulcire solebat,
Destitui sentit, quæ non suspiria fundit?
Heu quos non gemitus, sed inanes edit in auras?

Aggemit

Aggemit huic summo focus percussa dolore,
Et cumulat madido lacrymarum flumina rore.
Non secus ac multum si mittit Iupiter imbrem,
Si pluvias gravat, efficitur torrentior amnis.
Sic illa effusus charo cum coniuge fletus
Augeat, & emittit longas super astra querelas.

Quis Ducis afflicti multumque dolentis amorem
Audeat effari, quo teque tuasque secutus
BARTHOLE semper erat dotes, animumque fidelem
Rebus in ambiguis, rectique subinde tenacem?
En grave consilium, quod tu non raro dedisti,
Et purum sine labe sinum, promptumque iuvandi
Arbitrium, patriæ si res ita posceret, udo
Ut dolet ut sequitur gemitu? cui subdita paret
Turba, suasque suo miscet cum Principe guttas,
Communemque patrem patriæ columenque decusque
In solito turpata genas squallore veretur.

Ipsa mea Argyrope vicino territa casu
Condolet, & mœsto miseratur carmine fatum.
Cum tamen arcana qui sunt tellure sepulti
Ad luctus habeant surdas, ut novimus, aures,
Nec sanctis redeant ad nos de vallibus umbræ,
Abiicimus placido lamenta tremantia vultu,
Inque tuas trahimur non ægro tramite laudes
BARTHOLE, non quantum meruere, sed arida quantum
Vena potest fari balbique Camæna poetæ.
Et quantum brevis ista capit cum tempore charta.

Te primum chari postquam genuere parentes
VINETVS pater & mater pia BARBARA, Montis
Qua sese extendunt Belgardi mœnia, parvum
Protinus æthereo curabant fonte renasci,
Hinc ubi paulatim genius tibi crevit & ætas,
Ingenuis animum Musis castisque dederunt
Artibus, in qua te gnævumque alacremque palæstra,
Donec principibus poteras placuisse, probabas.
Testis erit mater studiorum augusta Tubinga,
Quid tu præstiteris Musarum cultor in arvis.
Ne dicam varias quas perlustraveris oras,
Mœnia turrigeræ non tantum celsa Geneva,

Sequanicas non tantum urbes, non Itala tantum
 Oppida, & optatos quos verberat Adria portus;
 Sed plures etiam diversiliminis aulas.
 Quæ loca cum fructu peragraſti divite, linguas
 Namque dibens poterat non uno idiomate fari;
 Adde quo ad rirus hominum moresque fidelis
 Obſervator eras, quid in hoc memorabile tractu
 Quid dignum ſciri ſit in illo? qualia regni
 Sceptra? quibus populis, quæ ſint virtute referta?
 Inſuper ut leges magis & decreta teneres,
 Romanique viam Iuris, te compulſit ardor.
 Ad Cameram, qua Spira jacet fœcunda, reverti.
 Hic tibi Iuris opes & fundamenta paraſti,
 Et quam vulgato commendant nomine Praxin.
 Has cum divitias animi vidiffet, & altum
 Ingenium veteris FRIDERICUS Marchio Badæ,
 In ſua te legit ſanctiſſima membra Senatus:
 Cuius ad externos Procères os ſæpe fuiſti,
 Quin & magnorum Legatus ad atria Regum,
 Oratorque bonus, defenſor ſæpe, minaces
 Sors ubi vibravit latere hoc illoque ſagittas,
 Sæpe gravis monitor, qui mœſta pericula docto
 Iudicio repulit, patriæque adjuvit honorem.
 Interea ne parte tui ſociaque careres,
 MARGARIN innocuo thalamo tibi fœdere iunxti,
 Non natam obſcuro lare MARGARIN, omnibus auctam,
 Quæ ſunt atque coli debent in virgine, donis.
 Cui MOLLINGERUS pater eſt, HETTLERIA mater:
 Ille ſua dignus celebrisque per æthera fama,
 Ille ſoli Badenſis honos & gloria quondam,
 Nunc nõiſtræ gravis Argyropæ quoque Neſtor & auctor.
 Hæc propria virtutè ſatis laudata, parentis
 Plus tamen aucta ſui mœſtis & nomine, terris
 Qui bona Marchiacis ingentia præſtitit olim.
 Hac cum fortunæ ſocia vitæque per annos
 Quattuor inſigni vixiſti laude pietate, nec unquam
 Exiit alter uter ſinceri oblitus amoris.
 Rex etiam caſto qui nexu iungit amantes

Nobile.

Nobile coniugium fœcunda prole beavit.
 Vivit adhuc (utinam vivat per longa dierum
 Tempora, & ad patriam virtutem peſtora ſingat.)
 Unicus, & patrium nomen ſibi vendicat heres:
 Ante diem geminas mors abſtulit invida Natas.
 At quia ſic ſuperùm pater & liberrimus ævi
 Arbitè æterno decrevit numine, terris
 Te cito ſublaturum cœleſti adſciſcere tecto,
 Hæc te lento fregit febricula tabo,
 Quam tibi (quis dubitat?) multi peperere labores:
 Multus amor patriæ, diſcrimina multa viarum,
 Et triſte exilium, tandem iactura bonorum
 Perditioque rei propriæ celeravit, & ante
 Iuſtam accerſivit (quis enim ſit neſcius?) horam.
 Tu bonus & facilis domino parere, ferebas
 Quicquid is arcano ſtatuit iuſſitque reſeſſu,
 Donec caſtam animam cœli ſacer Angelus aula
 Intulit, & media Sanctorum gente locavit
 Ante Deum, ſecitque Dei te vivere menſa.
 At cinis, hoc tumulo quem condimus, æra ſonantis
 Expectat ſuprema tubæ, tunc ſurget & umbræ
 Redditus æthereas feliciter incolet arces.
 Cui paucos ſcribam numeros, ne neſciat hoſpes
 Quis cubet hic corpusque levi ſoletur agello.
 Hac ISAACUS humo ſepelitur BARTHOLUS, annis
 Qui non grandis erat, meritis tamen auctior, arte
 Auctior, ingenio, cultu, candore, vel uno
 Ut verſu dicam, ſimul eloquar omnia verſu,
 Haud ſibi ſed Patriæ qui ſe natum eſſe volebat.
 Scire diem Lector, qua mors hunc ſuſtulit, optas?
 O CtaVVſ fVerat, ſe VeXIt ad aſtra, noVeMber.

Supremi honoris ergo ſcr.

Samuel Glonerus.

Nunc

Wu ist es leider wahr daß Gott die Menschen straffer/
Wann er sie durch den Tod so bald von himmen raffer/
Wann er sie reißt so bald hinunder in den grund/
Bedeckt sie mit dem Staub in tieffer Erden Schlund.

Doch werden mehr gestrafft die lebendig gelieben/
In dem die Frommen da vor Augen weggerieben/

Ja werden weggerhan/ damit sie schawen nicht/

Wie mit den vbrigen Gott hält das Zorngericht.

Die Fürsten vnser Volcks/ die Weysen vnd die Frommen

Die werden vns dahin mit starcker Zahl genommen.

Was bleibet vberig? ein Häufflein dünn vnd klein/

Wann das auch geht dahin/ was wird im Stadel seyn?

Ich halt nur dürres Stroh vnd Stoppel zu verbrennen/

Die wird der Herr zumahl zur Flammen auch erkennen/

Das ist den schnöden Hauff/ der böß vnd Gottlos ist/

Ob er sich hüme schon er sey recht guter Christ.

Wir nemmens nicht in acht daß so viel Fromme sterben/

Daß so viel gute Leut vnd heilig Gottes Erben/

Wen den der Christenheit gemeine Wolfahrt steht/

So werden hingeruckt vnd in der Welt gestödt.

Jetzt ist Herr Bartholus von vns dahin gegangen/

Dem wir in Trawren groß nach schawen mit verlangen.

Dann er des Vatterlands ein schöne Zierde war/

Vnd des Gemeinen Nutz ein Säule sonderbar.

Den er mit allem fleiß befürdert vnd geliebet/

Gehast im gegen theil der solchen hart betrübet

Mit List vnd mit Gewalt/ mit Frevel vnd Verrug/

Vnd mit dem feindigen nicht hat gehabt genug.

Ihm war insondeheit is Herrs hinein gesencket/

Wiewol von oben ab vom Gnaden Vatter gichencket/

Bewährte Redlichkeit in Diensten/ Treu vnd fleiß/

Vnd hat es sich den letzten Todtes Schweiß.

Defgleichen weiser Raht/ vnd artige Gedancken/

Mit welchen er sich hat gedruncken durch die Schrancken

Des Lebens dieser Welt/ er that ein starcken Streit

So das der Siegerlohn ihm wurde zubereit.

Ich

Ich kan insonderheit nicht jede Stück erzehlen/
Es möcht mir an der Zeit vnd meinen Kräfften fehlen.
Beden das Fürstlich Haus wirdt stäter Zeuge seyn/
Dem er gedienet hat mir vnverfälschtem Schein/
In manchem Dienst vnd Raht/ in Gefahr der weiten Reisen/
Wie man es köndte frey exempel nach erweisen.
Ich will mich Vnscheidenheit besteißen in dem Lob/
Doch weiß ich daß es sey weit vbers höchste drob.
Wann aber/ wie gehört/ nichts herrlichen ist zu finden/
Daß nicht in einem Ruin vnd Athem thät verschwinden/
So tröst ich mich/ daß euch ein gleiches widerfahr/
Herr Bartole/ das ist am Tag vnd offenbar.
So geht ihr dann dahin/ wohlan zu Gottes gnaden/
Es wirdt euch dieser Gang mit nichten können schaden/
Geh hin/ geht hin zur Freud/ vnd schmecket was es sey/
Wann Gott ein liebe Seel zum Himmel holet frey.

Idem Glenerus.

II.

Biblica vel threnis, Noben vel vincere guttis
Debut, & voluit Musula nostra suis.
Prematura sui cum vidit funera Atlantis,
Bartholum & ad rapidos vidit abire rogos.
Sed velut angustis spumosa canalibus unda,
Sistitur, atque moras egrediendo capit.
Sic me adum voluit vel plurima carmina ferre,
Non potuisse simul currere Musa dolet.
Ergo vale nostri Studii qui fautor & autor
Iurisoni primus, Bartole Dive Vale.
Etsi tu nigra raptus requiescis in urna,
Non tamen in nostris tu taceare meritis.

Condolens plangebatur

Ioh. Henricus Schill.

B

Wie

Weist so ungewiß das irdische beginnen!
 Wie kan so bald
 Durch Todts gewalt
 Eyn Vorsatz vns zerrinnen!
 Mich hatt' ich schon gesetzt hie
 Mit Teutschen Reimen auß: zudichten/
 Was Euch / Herz Bartholus / das Glück hatt' ir
 Für Ehren zu zurechten. (dem Ein-
 Ich wolte zwar mich also Ewrer Huld
 Befählen vnd theylhafftig machen:
 Doch nichts als nur beschreiben eyne Schuld/
 Die Ihr mit Tugentlichen Sachen
 Mit Ewrer hoch Erfahrenheyt/
 Mit grosser Treu / vnd auch mit grossen G'särden
 Verdienet habt: vnd wie berent
 Ihr sienget an des Landes Stütze werden:
 So wolt' ich eyne Säul'
 An Euch mir auch gewinnen:
 Ach! aber diß beginnen
 Verfehret sich in eil:
 Dann ich habe kaum zuschreiben
 Meine Feder angefetzt:
 So werdet Ihr verletzt/
 Daß ich es muß lassen bleiben/
 Daß jetzt solches Lob, Gedicht
 Seinen Zweck erreychet nicht!

Das

Daß sich nach den Traurigkeitens
 Meine Reimen müssen leyten!
 So komme nun behend
 Elegia / kom' vnd klage/
 Kom' vnd mit mir dieses sage:
 Grosse Hoffnung hat eyn end.
 Ach / der ist weggerissen
 Der an dem besten Theyl
 Zu fürderen mein Heyl
 Sich hätte noch beflissen!
 Vnd du / O liebe Marggraffschafft
 Sei trawrig: dann du hast verlohren
 Der zu Ersekung deiner Krafft/
 Vnd deinem Nutzen war geboren:
 Es ist dir jetzt eyn heller Schein/
 Der von Vntrew war unverwolckt / verblichen /
 Vnd den du hofftest dir zu sein
 Eyn starcke Hülf / ist zu dem Grab gewichen.
 Verhülle dein Gesicht/
 Daß bei so böser Zeit von heysen Zehren fließet:
 Laß deine Hände sincken nicht
 Bis dich der Himmels Thaw begießet.
 Die Knie sollen mir
 Auch nicht laß werden/
 Daß Gott auff Erden
 Dir andre Zierde send' / vnd andre Gönner mir!

Johann Matthias Schneuber?

III.

HEm fuge luxuries, procul hincque faceſſite pompæ
 Regales, epulæ, purpura, delicia
 Sedis Marchiacæ præluſtris, quod ſua fato
 Fluctuat inſtabili depreciata fides,
 Nobilioris opus, valedicens BARTHOLUS orſus,
 Cum ſimul officiis exiit hunc hominem.
 Maior nunc illo gaudet non in via fidis
 Sacratæ ſedis regia celſa DEI.
 Quâ quoque te compar defunctum munere tandem
 Expectat, Dominum quem veneratus erat.

*M. Henricus Conr. Bruchhuſius
 Gelnh. VVetteravus.*

V.

UNdique nunc ſævit Mars atrox, & mala mortis
 Promovet accenſa ſpicula ubique fac.
 Felices igitur dicuntur itemq; beati,
 Quos rapit è tanto turbine Jovæ viros.
 BARTHOLUS illorum cum ſit numerandus in album,
 Felix & merito jure vocandus erit.
 BARTHOLUS aternum felici hac ſorte fruatur,
 Et nunc poſſideat calica regna Dei.
 Interea occubuit Macenas optimus ille,
 Marchiacis cunetis ſtebilis occubuit.
 Atq; unquam ſi quis decus immortalæ merebat,
 Hoc ejus meruit candor & integritas.
 Felix igitur patrio digniſſime cælo,
 O venerande magis quàm lachrymande pater!

Debitæ condolentiæ E. F.

Johannes Jacobus Scherbaum/
 S. S. Theol. Stud.

Adſta

VI.

ADſta parum Viator, & pios iube
 Salvere manes, digna nam parvæ moræ
 Eſt merces BARTHOLUS ſolutus omnibus
 Curis laboribusque, mundus quos habet.
 Vili jacet ſub hæc arenâ conditus.
 Is iuris & legum peritus integer,
 Defenſor æqui ſtrenuus, Tutelaque
 Juſti, ſuum cuique ſemper conferens,
 Eſ non, niſi quæ recta ſunt, uſquam probans.
 Vir (ne morer te longius) dum viveret,
 Rebus domi prudenter & foris geſtis
 Gratus Viris charuſq; tot Magnatibus,
 Huius fideli ſæpius qui ſunt ope
 Uſi, colentes alterum ceu Neſtora.
 Sed nil opes, nil dignitas, nil literæ,
 Nec Muſa quicquam profuit, nec in clyta
 Spectata mente ritè Virtus intimâ:
 Vix pauca luſtra viderat, quando cadens
 (Heu ſpes caducas!) ultimum vidit diem.
 Scio, miſertum eſt. i Viator, & ſacro
 Levem precare pulveri terram, & Vale.

Elias Kolbius Argent.

V I I.

Invidus invidiam properata morte reprimens,
Insanis quas parcere disce minis;
Dividuum taceam sortem quæ vertit in umbras;
Hæc regem fecit, qui modo servus erat.
Scilicet inverso gaudens hac ordine vita,
Rege Syracusio reppulit arte famem.
BARTHOLUS in terris terreni jussa secutus
Principis, in cælis sceptrâ beatâ tenet.

Georgius Basilius Geyger, Arg.

V I I I.

Sæpius hîc noster Legati munere fungens,
Nestor adivit opes, regna, domosque Ducum
BARTHOLUS, exundans in quo facundia linguæ;
Tam propero at nunquam crure peregit iter.
Ter fœlix tandem subiens, quò regna salutis
Æternæ, obtinuit cuncta petita sua.
At caro quæ terra tegitur, quondam inde resurget
Interea miseros nos decet usque sequi.

Jacobus VVelperus, Emmentinga
Marchicus.

F I N I S.